

## APPENDIX.

## EPISTOLA CONCILII CONSTANTINOPOLITANI OECUMENICI AD THEODOSIUM IMPERATOREM.

(Labb. Concil. t. II, col. 945-946.)

Religionis ac pietatis observantissimo, Deique anantissimo imperatori Theodosio, sanctum concilium episcoporum, qui ex diversis provinciis Constantinopoli convenerunt.

Initio quidem nostri ad tuam pietatem scripti, gratias agimus Deo, qui tuæ pietatis Imperium constituit ad communem pacem Ecclesiarum, et sanæ fidei confirmationem : agentes autem Deo debitas gratias, necessario quoque ea quæ acta sunt in sancto concilio, ad tuam referimus pietatem; nempe quod ex quo tempore juxta litteras tuæ pietatis Constantinopoli convenimus, primum quidem mutuam inter nos concordiam renovavimus : deinde vero breves etiam pronuntiavimus definitiones, quibus et patrum, qui Nicææ congregati fuerunt, fidem confirmavimus; et, quæ adversus eam obortæ sunt, perversas hæreses ac pravas opiniones extrema cum execratione ac detestatione reprobavimus. Præterea etiam ad recte constituendum et ordinandum statum et disciplinam Ecclesiarum, certos canones statuimus : quæ omnia huic nostro scripto subjecimus (a). Rogamus igitur tuam clementiam, ut per litteras quoque tuæ pietatis ratum habeatur concilii decretum : ut sicuti litteris, quibus nos convocasti, Ecclesiam honore prosecutus es, ita etiam finem eorum quæ decreta sunt, obsignes. Dominus autem imperium tuum in pace et justitia stabiliat, et producat in multas ætates et generationes, atque ad terrenum imperium cælestis quoque regni gaudium et fructum adjiciat. Gratificetur Deus orbi terrarum, ut te, qui revera pietatis studiosissimus, Deique amatissimus imperator es, valentem, omnibusque præclaris rebus florentem et excellentem videat : id quod sancti etiam ab illo precibus ac votis petunt et orant.

(a) Hæc Constantinopolitani concilii statuta vidosis, si libuerit, in Labb. tom. II, col. 946.

(Vide alias epistolas eidem imperatori Theodosio ab Ambrosio episcopo scriptas inter Opera hujus Sancti Antistitis.)

Α Τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ ἡ ἀγία συνόδος τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν συνελθόντων ἐν Κωνσταντινοπόλει.

Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν τοῦ πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν γράμματος, εὐχαριστία πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἀναδείξαντα τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τὴν βασιλείαν, ἐπὶ κοινῇ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνῃ καὶ τῆς ὑγιούς πίστεως στηριγμῷ ἀποδιδόντες δὲ τῷ Θεῷ τὴν ὀφειλομένην εὐχαριστίαν, ἀναγκαιῶς καὶ τὰ γεγενημένα κατὰ ἀγίαν συνόδον πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν ἀναφέροντες· καὶ ὅτι συνελθόντες εἰς τὴν Κωνσταντινοῦ πόλιν κατὰ τὸ γράμμα τῆς σῆς εὐσεβείας, πρῶτον μὲν ἀνενωσάμεθα τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν· ἔπειτα δὲ καὶ συντόμους ὅρους ἐξεφωνήσαμεν, τὴν τε τῶν πατέρων πίστιν τῶν ἐν Νικοίᾳ κυρώσαντες, καὶ τὰς κατ' αὐτῆς ἐκφύσεις αἰρέσεις ἀναθεματίσαντες. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ὑπὲρ τῆς εὐταξίας τῶν ἐκκλησιῶν ῥητοῦς κανόνας ὠρίσαμεν· ἅπερ ἅπαντα τῷδε ἡμῶν τῷ γράμματι ὑπετάξαμεν. Δεόμεθα τοίνυν τῆς σῆς εὐσεβείας ἐπικυρωθῆναι τῆς συνόδου τῆς ψῆφον· ἐν ὧσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν Ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτω καὶ τῶν δοξάντων ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος. Ὁ δὲ Κύριος στηριξῆ σου τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ παραπέμψῃ γενεαῖς γενεῶν, καὶ προσθεῖη τῷ ἐπιγίῳ κράτει καὶ τῆς βασιλείας τῆς ἐπουρανίου τὴν ἀπόλασιν. Ἐρρόμενον σε, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς διαπρίπτοντα ὁ Θεὸς χαρίσαιο τῇ οἰκουμένῃ, εὐχαῖς τῶν ἁγίων, τὸν ὡς ἀληθῶς εὐσεβεστάτον καὶ θεοφιλέστατον βασιλέα.

Β Ἐκφύσεις αἰρέσεις ἀναθεματίσαντες. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ὑπὲρ τῆς εὐταξίας τῶν ἐκκλησιῶν ῥητοῦς κανόνας ὠρίσαμεν· ἅπερ ἅπαντα τῷδε ἡμῶν τῷ γράμματι ὑπετάξαμεν. Δεόμεθα τοίνυν τῆς σῆς εὐσεβείας ἐπικυρωθῆναι τῆς συνόδου τῆς ψῆφον· ἐν ὧσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν Ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτω καὶ τῶν δοξάντων ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος. Ὁ δὲ Κύριος στηριξῆ σου τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ παραπέμψῃ γενεαῖς γενεῶν, καὶ προσθεῖη τῷ ἐπιγίῳ κράτει καὶ τῆς βασιλείας τῆς ἐπουρανίου τὴν ἀπόλασιν. Ἐρρόμενον σε, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς διαπρίπτοντα ὁ Θεὸς χαρίσαιο τῇ οἰκουμένῃ, εὐχαῖς τῶν ἁγίων, τὸν ὡς ἀληθῶς εὐσεβεστάτον καὶ θεοφιλέστατον βασιλέα.

ANNO DOMINI CCCLXXXI—CCCCVIII.

# SANCTUS VIGILIUS,

## EPISCOPUS TRIDENTINUS ET MARTYR.

## PROLEGOMENA.

## NOTITIA HISTORICA.

Ex Gollandii Bibliotheca. tom VIII, p. x-xii.

li. Pauca sunt admodum, neque usquequaque in-

D dubia, quæ de rebus gestis sancti Vigilius Tridenti episcopi et martyris, in promptu habentur. Exstant ejus Acta, si non omnino primitièntia, judice Papebro-